Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ysa

ascendit de terra egipti Secundum xij ysaie VII

Et dicet in die illa Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi conuersus est furor tuus et consolatus es me Ecce deus saluator meus fiducialiter agam et non timebo Quia fortitudo mea et laus mea dominus et factus est mihi in salutem Hauricietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris et dicetis in illa die Confitemini domino et inuocate nomen eius notas facite in populis adinuentiones eius meminisse fecit quia exaltatum est nomen eius Cantate domino quia magnificat fecit annuntiate hoc in uniuersa terra Exulta et laudate habitatio sion quia magnus in medio tui sanctus israel

VIII

Vnus babilonis quod vidit ysaias filius amos Super montem caliginosum leuate signum exaltate voce leuate manum et ingrediantur portas duces Ego mandaui sanctificatis meis et vocaui fortes meos in ira mea exultantes in gloria mea Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium Vox sonans regum gentium congregatarum dominus exercituum precepit militiae belli venientibus de terra procul a summitate celi dominus et vasa furoris eius ut disperdat omnem terram Vlulate quia prope est dies domini quasi vastitas a domino veniet propter hoc omnes manus dissoluentur et omne cor hominis tabescet et conterentur Torciones et dolores tenebunt quasi parturiens dolebunt vnusquisque ad proximum suum stupebit facies ardentes vultus eorum Ecce dies domini veniet crudelis et indignationis plenus et ire furoris ad ponendam terram in solitudinem et peccatores eius conterendos de ea Quia stellae celi et splendor earum non expandent lumen suum Obtenebratus est sol in ortu suo et luna non splendebit in lumine suo et visitabo super orbem malum et contra impios iniquitatem eorum et requiescere faciam superbiam infidelium et arrogantiam fortium humiliabo Plus quam aurum et homo mundo obrizo Super hoc celum turbabo et mouebitur terra de loco suo propter indignationem domini exercituum et propter diem ire furoris eius et erit quasi damula fugiens et quasi ouis et non erit qui congreget vnusquisque ad populum suum conuertetur et singuli ad terram suam fugient Omnis qui inuentus fuerit occidetur et omnis qui superuenerit cadet gladio infantes eorum allidentur in oculis eorum diripientur domus eorum et vxores eorum violabuntur Ecce ego